



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

An ignorantes se esse sectarios, sint excusati. tit. 216

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

filis & catholica fides, sola est vera: & quicunq; vult filius esse, opus est ut teneat catholicam fidem, inquit Athanasius.

Insuper, si vitant peccatores, nunquid non & ipsi orant sibi dimitti peccata, Mat. 6? Si orant, ergo & ipsi peccatores: Si non, arguit eos Apostolus 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipso scelucimus. Leuent ergo primum lapidem, &c. Ioan. 8. ix nulla igitur parte potest iustificari secta: in odio nuit & nutritur, extra vnitatem vniuersalem exiuit. felix igitur quē docuerit vncio Spiritus sancti, quod catholicus permaneat in fide, vita, &c. Communica- resub dupli specie, sacerdotem nubere, comedere tennes extra necessitatem, frangere ieiunia, &c. res in se nō est adeo mala, sed grauius peccatum est odium quam opus sectae, &c. Erasmus in Psalm. 83. Stultum est sic odisse mores quorundam pontificum, sacerdotum, Monachorum, vt ipsi fiamus deteriores: dete- rior fit, qui recedit ab Ecclesiæ consortio, aut in schi- fma vel hæresim demigrat, quam qui impurè viuit.

*AN IGNORANTES SE ESSERE  
sectarios, sint excusati.*

## TITVLVS CCXVI.

**N**O tandem primò, quod Deus ordina- uit in modo publicè denunciare Euani- gelium, Marc. ultimo. Ite in mundum & cat. & sic in omni terra diuulgatum est, quod nemo ignorat, saltem quo ad famam. Psal. 18. In omnem terram &cæ. Roman. 10. si quis nunc fidem Christi vult studio ignorare, hic nō excusat, 1. Corinth. 1. Prædicamus Christum crucifixum, Iudicis scandalum, gentibus stultitiam: subin- de publicè docetur, quod in Adam omnes peccauimus, Romanor. 5. & si quis vult liberari à tali pec- cato,

cato, vt renascatur, Joann. 3. Nisi quis renatus fuerit  
 &c. si quis nollet scire se esse peccatorem, nec bapti-  
 zari, illum non excusat ignorantia, & licet peccatum  
 alieno sit damnatus, attamen quando hoc scit, & vult  
 vti medio baptismatis, quo iterum reconcilietur,  
 non excusat Nemo etiam pretendere potest omni-  
 modum ignorantiam, quia hec (id est, peccatum &c.)  
 quotidie in Ecclesia docentur publice.

Sic quoniam scriptura docet schisma esse peccatum  
 & illud prohibet Christus Matt. 24. Multi venient &  
 dicent: Ecce hic est Christus, & Paulus i. Cor. i. Ob-  
 fecro ne sint in vobis schismata Galat. 5. Secta regnum  
 Dei &c. Et quoniam hoc publicè doceatur in Eccle-  
 sia, quæ sit differentia inter catholicum & sectarium,  
 potestas quoq; utraque denunciat hoc Ecclesiæ, Mat.  
 18. Igitur qui hoc quotidie audiunt, & tamè pergun-  
 tin secta, vel quod odiunt Clerum, aut voluptate aut  
 proprio commodo mouentur, &c. Tales non sunt  
 excusati, &c. Ideo cum schisma non sit occultum, ne-  
 mo excusat coram Deo. Testantur conciones &c.  
 bri differentiam &c.

Secundò, neque excusantur, quia potestas sic pre-  
 cipit & vult. Nam obedire Deo & vniuersali Ecclesiæ  
 plius oportet, quam priuato domino, Acto. 15. Nec  
 excusat, quia plebanus tuus sic docet. Nam Christus  
 iubet attendere a falsis prophetis: & ut scias, qui sint  
 falsi prophetæ, Ecclesia & potestas, qua probatur spi-  
 ritus, i. Ioan. 4. tibi denunciauit. sic concilium, Papa,  
 Cæsar, &c.

At dices: Quid possunt infantes sectariorum pa-  
 rentum ad hoc, quando moriuntur in tali secta? Re-  
 spondeo, Quid possunt ad hoc, quod in peccatis ori-  
 ginalibus nascuntur? attamen damnantur, si non per  
 fidem & baptismum renascantur: sic pueri postquam  
 audierunt differentiam, nisi redierint ad unitatem  
 Ecclesiæ, non saluantur.

At quid

TITVLVS CCXVII. 501

At quid faciet tunc simplex idiota Laicus , penitus ignorans differentiam , nec intelligens dogmata? Respondeo, credat corde Ecclesiam catholicam, & a- pud illam se velle viuere & mori , & oret Deum pro misericordia. At grauissimè punientur solicitatores à catholica vnitate.

Inquies: viri boni, docti, sunt sectarij, bonæ vitæ, omnia ordinatè faciunt, diligentius docent catechis- mum, prædicant, administrant sacramenta. Respon- deo: Vnum deest, inquit Augustinus, vnitas & chari- tas.1. Cor.13. Sine qua cor languidum est, etsi omnia alia membra sint sana, &c. Summa, dissensio semper cor mordet, & hic vermis non morietur, sicut nec in Cain erga Abel, Genes.4.

VENERARI SANCTOS

an sit traditio humana.

TITVLVS CCXVII.

**P**RIMÒ notandum, quòd solus Deus est sanctus, bonus, iustus, sapiens misericors, & verax, s. natura. Cætera omnia siue homo siue creatura, sunt sancta, iusta, bona, &c. ex donatione & conces- sione diuina, Psalm. 98. Quoniam sanctus Dominus Deus noster, Leuit.20. quoniam & ego sanctus sum. Matth.19. Nemo bonus, nisi unus Deus. Romano.16. Cogniti soli sapienti Deo per Iesum Christum. Matt. 13. Unus est magister vester, id est, ex natura propria, & non habet ab alio Deus suam sanctitatem, bonitatem, iustitiam &c. At omnes cæteri sancti & angeli habent suam sanctitatē, bonitatem, iustitiam à Deo, 1. Corinth.4. Quid habes quod non acceperisti? Sunt enim omnia dona Dei.

Secundò, ex quo sanctitas, bonitas, iustitia, &c. est à Deo, quam habent omnes sancti, quādò ergò vene- tamur sanctitatem, iustitiam, bonitatem sanctorum,

Illi s cum-